Salzburg/Domstift, 2. Viertel 14. Jh. 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

moysi discipuli sumus. Nos scimus quia mo
ysi locutus est deus; hunc autem nescimus unde
sit. Respondit ille homo et dixit eis. In hoc enim
mirabile est; quia vos nescitis unde sit et ape
ruit oculos meos. Scimus autem quia peccatores
deus non audit; sed si quis dei cultor est et voluntatem
eius facit hunc exaudit. A seculo non est
auditum; quia quis aperuit oculos cecci nati. Nisi
esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Respon
derunt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus; et tu nos
doces. Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus
quia eiecerunt eum foras; et cum inuenisset eum
dixit ei. Tu credis in filium dei. Respondit ille et dixit.
Quis est domine ut credam in eum. Et dixit ei
ihs. Et uidisti eum; et qui loquitur tecum, ipse est.
At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.
In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad helyseum; in montem carmeli. Cumque
uidisset eam uir dei de contra; ait ad iezi puerum
suum. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occur
sum eius; et dic ei. Recte ne agitur circa te et cir
ca uirum tuum; et circa filium tuum. Que re
spondit. Recte. Cumque uenisset ad uirum dei in
montem; apprehendit pedes eius. Et accessit iezi
ut amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eam;
anima enim eius in amaritudine est. et domin